Ros Dok Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Balthasar Exner

Monodia Super Exequias Nob. & Praestantißimae Matronae, Catharinae Horniae, Nob. itid. & Excellentiss. Viri Dn. Hermanni Munderichi, I. U. D. Coniugis desideratiss. Mens. Maii die VI. An. CI I CV [MDCV] demortuae

Vratislaviae: Bauman, 1605

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn789050943

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

MONODIA

Super Exequias

Nob. & Præſtantiſſimæ Matronæ,

CATHARINÆ HORNIÆ,

Nob. itid. & Excellentiſs. Viri Dn.

HERMANNI MUNDERICHI,

I. V. D.

Conjugis deſideratiſs.

Menſ. Maij die V.I.

An. CIƆ IƆCV

demortuæ.

QVIS MUNDERICHI non ſociam fleat?
Qvis MUNDERICHI non doleat vicem,
Qvi litteratus litteratis
Gaudet homullulus indoletq;?
Me pænè fibras atqve animam movent
Emortualis puncta diëculæ,
Tuæ maritæ, MUNDERICHI;
Et meritò, puto, MUNDERICHI,
Olim ut tuorum pars larium fui,
Tuæ maritæ ſæpè faventiam
Expertus auctim nunc recordor,
Et meritâ qvoqve laude macto.
Mores modeſti vitæ in imagine
Erant modeſtâ: ſpernere neminem,
Probare cunctos, at probatos,
Relligio fuit omnis illi.
Fuco carebat ſede domeſticâ,
Et dirigebat lance domeſticum
Aeqvâ gubernal; cæterumqve
Una tui ſtudioſa vixit.
Tecum fleo, tecumqve boni fleant,
Qvicunqve fleri diſcupiunt boni,
Bonosqve flere CHRISTIANUM eſt,
DEMOCRITUS pereat TIMONQVE.
At meta poſta eſt lacrymulis tuis,
Luctæqve luctus; ſarcophago puta
Tuos dolores MUNDERICHI,
Egerier tumularierqve.
Dico dolores nunc tumularier,
Verèqve dico: vitæ enim in extimo
Tractu, illa naturæ atqve curæ
Pacta reciproca tranſmigravit,
Domûsqve curas atqve politiem
Mutavit omnem deliqvio mero,
Et cocta morbis & recocta
Atqve ſibi atqve tibi dolorem
Dolore condens, morte pijſſimâ
Grator ſolutam, juſtificâ in fidè,
Prudentiâ integrâ cerebri,
Atqve DEI cupidam, & qvietis.
Et qvis beatæ huic invideat bonus
Cœlum & qvietem? qvod tibi diſcupis,
Precare denatæ maritæ,
Atqve præiſſe viam putato.
Brevî ſeqvemur nos qvoqve, vivere
Noſtrum breve audit, vix ubi vertimus
Nos, Morta præſtò eſt, & machæras
Monſtrat ad exitium paratas
Nobis homullis. qvis fuit uſpiam
Perennivivax mundo habitabili?
Qvicunqve homo audit, mortualis
Audit, & ad ſuperos recurrit.
At ô beatus qvi ſociæ tuæ
Comes recurrit, ſine beatulo
Vitam coronans actitatam!
O tumulum! tumulum beatum!
Hæc ſancta CHRISTO vivit, & integra,
Hæc labis expers vivit ADAMIÆ,
Nullos dolores atqve acores
Corporis, invidiæqve ſentit.
Qvin MUNDERICHI cum ſociâ ibitis
Ad aſtra cœli, qvi modò vivitis
Itisqve fletum? CHRISTIANIS
Cœlum habitacula tuta figit.

*Gratitud. ergo Pragam
redituriens fac.*

Balthaſar Exnerus de Hirſch-
berga M. & Poëta Cæ-
ſarius & Aulæ ejuſd.
Agens.

Vratislaviæ, Ex Officina Typographica Georgij Bawman. An. 1605.

UNIVERSITÄTS BIBLIOTHEK ROSTOCK

1992 aus Einband hrsgelöst.
Signatur nicht bekannt.
Mi

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn789050943/phys_0002
DFG

MONODIA

Super Exequias

Nob. & Præſtantiſſimæ Matronæ,

CATHARINÆ HORNIÆ,

Nob. itid. & Excellentiſs. Viri Dn.

HERMANNI MUNDERICHI,

I. V. D.

Conjugis deſideratiſs.

Menſ. Maij die V.I.

An. CIↃ IↃCV

demortuæ.

QVIS MUNDERICHI non ſociam fleat?
Qvis MUNDERICHI non doleat vicem,
Qvi litteratus litteratis
Gaudet homullulus indoletq́;?
Me pænè fibras atqve animam movent
Emortualis puncta diëculæ,
Tuæ maritæ, MUNDERICHI;
Et meritò, puto, MUNDERICHI,
Olim ut tuorum pars larium fui,
Tuæ maritæ ſæpè faventiam
Expertus auctim nunc recordor,
Et meritâ qvoqve laude macto.
Morum modeſti vitæ in imagine
Erant modeſtâ: ſpernere neminem,
Probare cunctos, at probatos,
Relligio fuit omnis illi.
Fuco carebat ſede domeſticâ,
Et dirigebat lance domeſticum
Aeqvâ gubernal; cæterumq́ve
Una tui ſtudioſa vixit.
Tecum fleo, tecumq́ve boni fleant,
Qvicunqve fleri diſcupiunt boni,
Bonosq́ve flere CHRISTIANUM eſt,
DEMOCRITUS pereat TIMONQVE.
At meta poſta eſt lacrymulis tuis,
Luctæqve luctus; ſarcophago puta
Tuos dolores MUNDERICHI,
Egerier tumularierq́ve.
Dico dolores nunc tumularier,
Verèqve dico: vitæ enim in extimo
Tractu, illa naturæ atqve curæ
Pacta reciproca tranſmigravit,
Domûsq́ve curas atqve politiem
Mutavit omnem deliqvio mero,
[illegible]
Dolore condens, morte pijſſimâ
Grator ſolutam, juſtificâ in fidè,
Prudentiâ integrâ cerebri,
Atqve DEI cupidam, & qvietis.
Et qvis beatæ huic invideat bonus
Cœlum & qvietem? qvod tibi diſcupis,
Precare denatæ maritæ,
Atqve præiſſe viam putato.
Brevî ſeqvemur nos qvoqve, vivere
Noſtrum breve audit, vix ubi vertimus
Nos, Morta præſtò eſt, & machæras
Monſtrat ad exitium paratas
Nobis homullis. qvis fuit uſpiam
Perennivivax mundo habitabili?
Qvicunqve homo audit, mortualis
Audit, & ad ſuperos recurrit.
At ô beatus qvi ſociæ tuæ
Comes recurrit, fine beatulo
Vitam coronans actitatam!
O tumulum! tumulum beatum!
Hæc ſancta CHRISTO vivit, & integra,
Hæc labis expers vivit ADAMIÆ,
Nullos dolores atqve acores
Corporis, invidiæq́ve ſentit.
Qvin MUNDERICHI cum ſociâ ibitis
Ad aſtra cœli, qvi modò vivitis
Itisq́ve fletum? CHRISTIANIS
Cœlum habitacula tuta figit.

Gratitud. ergo Pragam
redituriens fac.

Balthaſar Exnerus de Hirſch-
berga M. & Poëta Cæ-
ſarius & Aulæ ejuſd.
[illegible]ens.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn789050943/phys_0003
DFG